

tus vendendi proprietatis domino mulier non habuerit, patientiam, quam percipiendi fructus prestare ipsi debuit, etiam heredi ejus prestat.

58. MODESTINUS, lib. singul. de Eurematicis.

Servus dotalis heres ab aliqua institutus, mariti jussu vel adire vel repudiare debet hereditatem: sed ne maritus aut facile repudiando, vel temere suscipiendo incognitam successionem, dotis iudicio uxori sua obligetur, constilendum est, mulierem coram testibus interrogari, utrum velit omittre, an adquirere hereditatem: et, si repudiare se dixerit, facile mariti jussu repudiabit: quod si hereditatem agnoscere maluerit, reddendus est a marito servus uxori ea conditione, ut, cum jussu ejus adierit, rursum marito retradatur. Ita et mariti sollicitudini consuletur, et uxoris desiderio parebitur.

59. JULIANUS, lib. 2, ad Urseum Ferozem.

Filiæ meæ emancipatae et agra vir in hoc⁸⁵ repudium misit, ut⁸⁴ mortua ea dotem potius hereditati ejus, quam mihi redderet: Sabinus dicebat, utile mihi ejus dotis recipienda judicium dandum esse: [Gaius idem].

60. PROCULUS, lib. 5 Epistularum.

Si filiafamilias nupta decesserit, et pater funus ei fecerit: tametsi ei dotem post aliquod tempus gener reddere deberet, tamen continuo soci⁸⁵ agendo consequetur, ut impensam funeris presentem recipiat: cetera dotis statuto tempore solvantur.

61. PAPINIANUS, [lib. 11 Questionum.]

Dotale servum vir invita uxore manumisit: heres solus vir a liberto institutus portionem hereditatis, quam ut patronus consuevit potuit ac debuit, restituere debet: alteram vero portionem, dotis iudicio: si modo uxor manumittenti refragatur.

62. ULPIANUS, lib. 55, ad Edictum.

Quod si vir voluntate⁸⁶ mulieris servos dotales manumisit: cum donare ei mulier voluit, nec de libertatis causa impositis ei praestans tenebitur.

63. PAULUS, lib. 2, ad legem Julianam et Papiam.

Et desinit servus in date esse: quia cui manumittendi causa donare licet, ei quodammodo donaret, quod permetteret manumittere.

64. ULPIANUS, lib. 7, ad legem Julianam et Papiam.

Si vero⁸⁷ negotio genere mulieris non invite, maritus dotalem servum voluntate ejus manumisit: debet uxori restituere quidquid ad eum pervenit. — § 1. Sed et si quid libertatis causa maritus ei imposuit, id uxori præstabit. — § 2. Plane si opera fuerint a marito exhibita, non estimatio carum, non erit aquum hoc nomine uxori maritum quipiam præstare. — § 3. Sed si post manumissionem aliquid ei fuerit liberum impositum, id uxori præstandum est. — § 4. Sed et si reum maritus accepit, ad promissione, aque adversus ipsam obligationem debet præstare. — § 5. Item quidquid ad eum ex bonis liberti pervenerit, aque præstare cogetur, si modo ad eum quasi ad patronum pervenerit: ceterum, si alio jure, non cogetur præstare: nec enim beneficium, quod in eum libertus contulit, hoc uxori debet, sed id tantum, quod jure patronatus adsequitur, vel adsequi potuit. Plane si ex maiore parte quam debet, heres scriptis fuerit, quod amplius est non præstabit: et si forte, cum ei nihil debet libertus, heredem eum scriptis, nihil uxori restituet. — § 6. Dabit autem (ut ait lex) quod ad eum pervenit. Pervenisse accipimus, sive jam exigit, sive exigere potest, quia actio ei letala est. — § 7. Adjicetur in lege⁸⁹, ut et si dolo male [aliquid] factum sit, quo minus ad eum perveniat, [teneatur]. — § 8. Si filium ex heredaverit patronus, et ad eum bona liberti pertineant: videndum est, an heres hoc nomine teneatur? Et cum nihil neque ad ipsum [patronum], neque ad heredem ejus perveniat, quomodo fieri potest, ut hoc nomine teneatur? — § 9. De viro, heredeque ejus lex tantum loquitur: de socio, successoribus socioi nihil in lege scriptum est. Et hoc Labeo quasi omissione annotat. In quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda. — § 10. Quod ait lex, quanta pecunia erit, tantam pecuniam dato: ostendit, aestimationem hereditatis vel bonorum liberti, non ipsam hereditatem voluisse legem præstare, nisi maritus ipsas res tradere maluerit: et hoc enim benignius admitti debet.

83. L. 5, C. de repud.; N. 22, c. 19. — 84. L. 5, supr. de divort. — 85. L. 50, in fin. pr. supr. de religios. — 86. L. 24, § 4, supr.; L. 63, inf. h. t. — 87. L. 24, § 4, in fin. — 88. Add. L. 63, in fin. inf. ad SC. Trebat. — 89. L. 14, in fin. inf. ad leg. Corri de fals. — 90. L. 17, in pr. supr. de iure dot. — 91. Ost. L. 1, C. h. t. — 94. Immo vnde 21, inf. de verb. oblig. — 95. L. 64, supr. de iure dot. — 96. L. 56, supr. d. t. — 97. L. 49, supr. d. t. — 98. L. 47, in fin. supr. d. t. — 99. L. 17, in pr. supr. d. t. — 100. L. 19, § 1, supr. de pecun. L. 7, in pr. supr. de jure dot.

65. SCÆVOLA, [lib. singul. Questionum publice tractatarum.] Hæc actio, etiam constante matrimonio, mulieri competit.

66. JAVOLENUS, lib. 6, ex posterioribus Labeonis.

In his rebus, quas præter numeratam pecuniam doti vir habet, dum malum et culpam⁹⁰ eum præstare oportere. Servius ait: ea sententia Publili Mucii est: nam is in Licinna Gracchi uxore statuit, quod res dotaes in ea seditione, qua Gracchus occisus erat, perissent, [ait] quia Gracchi culpa ea seditione facta esset, Licinna præstari oportere. — § 1. Servis uxoris vir nummos in vestiarum dederat: quo parato, deinde annum divortium intercesserat: placuit Labeo, Trebatius qualia vestimenta post divortium essent, talia viro reddi. Idem juris futurum fuisset, si ipsa vestimenta vir emisset, et servis dederat. Quod si vestimenta non redderentur, tum virum pretium in dote compensaturum⁹¹.

— § 2. Filiafamilias, divortio facto dotem patri reddi, jussiter; deinde, parte dotis persoluta, pater decesserat: reliquam partem, si nec delegata, nec promissa novandi animo patri fuisset, mulieri solvi debere, Labeo, Trebatius, putat: idque verum est. — § 3. Mancipia in dotem estimata⁹² accepti: pactum conventum deinde factum est, ut, divortio facto, tanudem estimata redderes: ne de partu dotalium ancillarum mentio facta est: manebit, inquit Labeo, partus tuus⁹³: quia is pro periculo mancipiorum penes te esse deberet. — § 4. Mulier, quæ centum dotis apud virum habebat, divortio facto ducenta a viro erante stipulata erat: Labeo putat, quanta dos fuisset, tantam debet⁹⁴: sive prudens mulier plus esset stipulata, sive imprudens: Labeonis sententiam probo. — § 5. Uxor divortio facto partem dotis receperat, partem apud virum reliquerat: deinde aliis⁹⁵ nupserat: [et] iterum vidua facta, ad priorem virum redierat, cui centum [decem] doti dederat, neque ejus pecunia, que reliqua ex priore dote erat, mentionem fecerat: divortio facto, reliquam ex priore dote iisdem diebus virum redditum erat Labeo, quibus reddidisset, si superius divortium inter eos factum non esset, quoniam prioris dotis causa in sequentem dotis obligationem esset translata: et hoc verum puto. — § 6. Si vir scero in iussu⁹⁶ uxoris, manente matrimonio, dotem acceptam fecisset: etiam si id propter egestatem socii factum esset, viri tamen periculum futurum⁹⁷ ait Labeo: et hoc verum est. — § 7. Si quis pro muliere dotem viro promisit, deinde, herede⁹⁸ muliere relata, decesserat: quia ex parte mulier ei heres esset, pro ea parte, dotis periculum, quod viri fuisset, ad mulierem pertinere ait Labeo: quia nec melius aquius esset, quod exigere vir ab uxore non potuisset, ob id ex detrimento vii mulierem locupletari: et hoc verum puto.

67. POMPONIUS, lib. 20 Epistularum.

In partem dotis reddendæ erit id, quod mulieri ex peculio servi restitutum debet: et ideo et dolum et culpam⁹⁹ in eo peculio vel adquiringendo vel conservando maritus præstare debet: et fructus ex eo percepti, quod cujuslibet rei dotalis, ad maritum¹⁰⁰ pertinebunt.

LIBER VICESIMUS QUINTUS.

TIT. I.

DE IMPENSIS IN RES DOTALES FACTIS.

1. ULPIANUS, lib. 56, ad Sabinum.

Impensarum quedam sunt necessaria¹, quedam utilis², quedam [vero] voluntaria³. — § 1. Necessaria⁴ hæc dicuntur, quæ habent in se necessitatim impendendi: ceterum, si nulla fuit necessitas, alio jure habentur. — § 2. In necessariis impensis hoc sciendum est, easdem impensis dotem minuere⁵, quæ in dote factæ sunt: ceterum, si in dote factæ non sint, non habent in se reputationem. — § 3. Inter necessarias impensis esse Labeo ait, moles in mare vel flumen projectas sed et si pistrinum⁶ vel horreum necessario factum sit, in necessariis impensis habendum ait. Proinde Fulcinius inquit, Si ædificium ruens⁷,

8. L. 12, inf. h. t.; L. 10, § 1, supr.; L. 10, C. de negot. gest.; L. 7, § ult. supr. soluto matrim. — 9. L. 12, inf. h. t. — 10. L. 1, § 2, supr.; L. 11, inf. h. t.; L. 56, § ult. supr. de jure dot. — 11. Ost. d. L. 16, § 2 ult. — 12. Hoc abrog. L. un. § 5, C. de rei uxor. act. — 13. L. 10, § 1, supr. de compens. — 14. L. 6, L. 7, in fin. L. 8, L. 1, § 1, inf. h. t.; L. 79, § 1, inf. de verb. sign. — 15. L. 1, § 1, inf. de verb. sign. — 16. L. 1, § 1, inf. de fundo dot. — 17. L. 1, un. § 5, C. de rei uxor. act. — 18. L. 79, § 2 ult. — 19. L. 1, in pr. supr. de jure dot. — 20. L. 1, un. § 5, C. de rei uxor. act. — 21. L. 79, § 1, inf. de verb. sign. — 22. L. 58, supr.; L. 3, C. de rei vind.; L. 5, § 4, supr. de in rem vers. — 23. Vide tamen L. 14, L. 2, in pr. L. 3, § 2, supr. de domat. inter viri et uxori. — 24. L. 1, § ult. supr. h. t.

8. L. 12, inf. h. t.; L. 14, in pr. inf. eod. — 25. L. 3, in pr. supr. eod. — 27. L. 2, supr. eod. — 28. L. 7, § 2; L. 27, § 3, supr. de usuri; L. 28, inf. de usuri. legat. — 29. L. 1, in fin. L. 12, supr. h. t. — 30. L. 1, § 2; L. 5, in pr. supr. eod.; L. 1, § 4, inf. de dote prælegat. — 31. Inst. de actione. — 32. L. 7, in fin. supr. soluto matrim.

Tr. I. — 1. 2, 1, 3, L. 2, L. 3, L. 4, L. 5, L. 14, L. 15, L. ult. inf. h. t. — 2. L. 5, in fin. — 3. L. 6, L. 8, L. 14, § 1, inf. eod. — 3. L. 7, L. 9, L. 10, L. 14, § 2 ult. inf. eod. — 4. L. 79, inf. h. t. — 5. L. 5, in pr. supr. de verb. sign. — 6. L. 56, § 2 ult. supr. de jure dot. — 6. Ost. L. 6, inf. h. t.; L. 79, § 1, inf. de verb. sign. — 7. L. 14, in pr. inf. h. t.; L. 10, § 1, supr. de negot. gest.; L. 59, in pr. supr. de hered. petit.; L. 7, in fin. supr. soluto matrim.

quod habere mulieri utile erat, refecerit; aut si oliveta rejecta restauraverit; vel ex stipulatione damni infecti, ne committatur, præstiterit;

2. PAULUS, lib. 7, ad Sabinum.

Vel in valetudinem⁸ servorum impenderit;

3. ULPIANUS, lib. 56, ad Sabinum.

Vel si vites propagaverit⁹, vel arbores curaverit, vel seminaria pro utilitate agri fecerit: necessarias impensis fecisse videbitur. — § 1. Nos generaliter definiemus, multum interesse, ad perpetuam utilitatem agri, vel ad eam que non ad presentis temporis pertinet, an vero ad presentis anni fructum: si in presentis, cum fructibus hoc compensandum: si vero non fuit ad presentis tantum apta erogatio, necessaris impensis computandum.

4. PAULUS, lib. 56, ad Edictum.

Et in totum, id videtur necessariis impensis contineri, quod si a matrimonio omisso sit iudex tanti eum damnabit, quanti mulieris interfuerit eas impensis fieri. Sed hoc differt, quod factarum ratio habetur etsi res male gesta est: non factarum, ita, si ob id res male gesta est. Itaque si fulserit insulam ruentem, eaque exusta sit, impensis consequitur: si non fecerit, deusta ea nihil præstabat.

5. ULPIANUS, lib. 56, ad Sabinum.

Quod dicitur¹⁰, necessarias impensis dotem minuere, sic erit accidentium (ut et Pomponius ait), non ut ipse res corporaliter diminuantur, utputa fundus, vel quodcumque aliud corpus: etenim absurdum est, diminutionem corporis fieri proprie pecuniam: ceterum hæc res facit¹¹ desinere esse fundum dotalem, vel partem ejus: manebit igitur maritus in rerum detentionem¹², donec ei satisfiat: non enim ipso jure corporum, sed dotis fit diminutio. Ubi ergo admittimus diminutionem dotis ipso jure fieri? ubi non sunt corpora, sed pecunia: nam in pecunia ratio admissit diminutionem fieri. Prinde si estimata corpora in dotem data sint, ipso jure dos diminuetur per impensis necessariis. Hoc de his impensis dictum est, que in dote ipsam facte sint: ceterum, si extrinsecus, non immunit dotem. — § 1. Sed si impensis necessariis mulier satiscerit, utrum dos crescat, an vero dicimus, ex integro vivi dote? Et ego, ubi pecunia est, non dubito dote videri crevise. — § 2. Si dos tota solita sit non habita ratione impensis, videndum est, an condicione possit id, quod pro impensis necessariis compensari solet: et Marcellus admittit, condicione¹³ esse locum: sed eti plerique negent, tamen, propter aequitatem, Marcelli sententia admittenda est. — § 3. Utiles¹⁴ autem impenses sunt, quas maritus utiliter fecit, remque meliorem uxoris fecerit, hoc est, dotem:

6. PAULUS, lib. 7, ad Sabinum.

Veluti si novelletum¹⁵ in fundo factum sit, aut si in domo pistrinum¹⁶, aut tabernam adjecterit, si servos artes¹⁷ docuerit.

7. ULPIANUS, lib. 56, ad Sabinum.

Voluntarie autem impensis sunt, quas maritus ad voluntatem fecit, et que species¹⁸ exornant. — § 1. Quarum utiles non¹⁹ quidem minuant ipso jure dotem, veruntamen habent exactionem.

8. PAULUS, lib. 7, ad Sabinum.

Utilium nomine ita faciendum deductionem quidam dicunt, si voluntariae mulieris factæ sint: injunctum enim esse, compelli²⁰ mulierem rem vendere, ut impensis in eam factas solveret, si aliunde solvere non possit: quod summam habet aequitatis rationem.

9. ULPIANUS, lib. 56, ad Sabinum.

Pro voluntariis impensis, nisi parato sit mulier pati maritum tollentem, exactionem patitur: nam si vult habere mulier, reddere ea, quæ impensa sunt, debet marito: aut si non vult, pati debet tollentem, si modo recipient separationem²¹, ceterum, si non recipient, relinquenda sunt: ita enim permittebundum est marito auferre ornatum quem posuit, si futurum est ejus, quod abstulit.

10. PAULUS, lib. 56, ad Edictum.

Quod si hæc res, in quibus impensis factæ sunt, promercales fuerint: tales impensis non voluntariæ, sed utiles sunt.

8. L. 12, inf. h. t.; L. 14, in pr. inf. eod. — 26. L. 3, in pr. supr. eod. — 27. L. 2, supr. eod. — 28. L. 7, § 2; L. 27, § 3, supr. de usuri; L. 28, inf. de usuri. legat. — 29. L. 1, in fin. L. 12, supr. h. t. — 30. L. 1, § 2; L. 5, in pr. supr. eod.; L. 1, § 4, inf. de dote prælegat. — 31. Inst. de actione. — 32. L. 12, supr. h. t. — 33. L. 7, in fin. supr. soluto matrim.

Tr. II. — 1. Lib. 5, C. 21. — 2. L. 5, inf. expilat. hered. — 3. L. 52, inf. de re judic.

L. 4, C. de crim. expilat. hered. — 4. L. 3, § 2, inf. h. t. — 5. Immo vide L. 21, § 2, inf. eod.

— 6. L. 2, supr. eod. — 7. L. 6, § 2, inf. eod. — 8. L. 5, § 2, supr. de pecul.

dote agat, non aliter ei dandam actionem, quam si filiam rerum amotarum iudicio in solidum et cum satisfactione defendat: sed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem dari non oportere, Proculus ait; nisi quatenus ex ea re pater locupletior sit,

4. POMPONIUS, [lib. 16, ad Sabinum.]

Dolore malo fecerit, quo⁹ minus ad eum pervenerit.

5. PAPINIANUS, [lib. 11 Questionum.]

Viva quoque filia, quod ad patrem ex rebus amotis pervenit, utili jucicio petendum est.

6. PAULUS, [lib. 7, ad Sabinum.]

Contra nurum¹⁰ quoque socero hoc iudicium dandum, Attilcinius et Fulcinius ait. — § 1. Quotiens filiofamilias dos data est, sacerum ob res divortii causa amotas, furti agere non posse. — § 2. Item cum rerum amotarum etiam in virum datur iudicium, si filiusfamilias maritus sit, utrum de peculio an in ipsum actio dari debeat? Eadem repetemus, que de filiafamilias diximus¹¹. — § 3. Si post divortium maritus deceaserit, heres eius rerum amotarum iudicio uti potest. — § 4. Item heres mulieris ex hac causa tenebitur, sicut conditionis nomine ex causa furtiva. — § 5. Sed si morte mariti solutum sit matrimonium, heres mariti hereditatis¹² petitione, vel ad exhibendum actione eas consequi poterit: Aristo et condici ei posse recte putat, quia ex iusta causa apud eam essent. — § 6. Quod si mortuo viro amoverit, non fecit furtum: quia rei hereditatis nondum possesse non fit furtum¹³: ideoque aut vindicari poterunt, aut in hereditatis petitionem venient.

7. ULPIANUS, [lib. 58, ad Sabinum.]

Mulier habebit rerum amotarum actionem adversus virum: et compensare¹⁴ potest [mulier] cum actione, qua maritus agere vult ob res amotas.

8. POMPONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Si, cum dos solveretur mulieri, aut satis dotti fieret, dictum non esset, actum iri rerum amotarum, nihilominus agi potest: nam et cum dos nulla sit, eadem actio detur. — § 1. Sabinus ait, si mulier res quas amoverit non reddit, astimari debere, quanti in item vir jurasset.

9. PAULUS, lib. 57, ad Edictum.

Non enim aequum est, invitum¹⁵ suo pretio res suas vendere.

10. POMPONIUS, lib. 16, ad Sabinum.

Id ideo nec debere eum pro evictione promittere: quod ex contumacia mulieris id ita acciderit.

11. ULPIANUS, lib. 53, ad Edictum.

Marcellus lib. 8 Digestorum scribit: sive vir uxorem, sive uxor virum domo expulit, et res amoverunt, rerum amotarum teneri. — § 1. Qui rerum amotarum instituit actionem, si velit magis iusjurandum deferre, cogitat adversarii jurare, Nihil¹⁶ divorci causa amotum esse: dum prius¹⁷ de calunnia juret, qui iusjurandum defert. — § 2. Jurare autem tam vir quam uxor cogitat: pater autem amoventis iusjurare non cogitur: cum inquinum sit, de alieno facto alium iurare: is ergo cogitur iurare, qui amovit dicitur: et ideo nec heres eius, qui, quæve amovisse dicitur, iurare cogitat. — § 3. Si quis delatum sibi iusjurandum referre velit, non videtur prætor permisisse¹⁸.

12. PAULUS, lib. 7 Brevium.

Non magis, quam si quis ei, qui furti agat, iusjurandum deferat, an ipse fur sit.

13. ULPIANUS, lib. 53, ad Edictum.

Ideo Labeo scribit, mulieri non esse permittendum referre¹⁹ iusjurandum: et ita edictum ordinatum videtur.

14. PAULUS, lib. 18, ad Edictum.

De rebus amotis permittendum marito, vel uxori, de quibusdam rebus iusjurandum deferre, de quibusdam probare.

15. ULPIANUS, lib. 34, ad Edictum.

Nihil interest, utrum simul, an separativum habitaverunt: cum actionem rerum amotarum competit etiam adversus eam, qua ex ea domo subtraxit, in qua non simul cum viro habitavit. — § 1. Uxor, et nurus²⁰, et pronus, viro, et socero, et prosocero²¹ furtum facere possunt:

^{9.} L. 2, 2, 3, super. de hered. vel acq. vend. — ^{10.} L. 15, 2, 1, inf. h. t. — ^{11.} L. 5, 2 ult. supr. eod. — ^{12.} L. 22, in fin. inf. eod. — ^{13.} L. 1, 2, 15, inf. si et qui testis liber. — ^{14.} L. 1, C. h. t. — ^{15.} L. 70, supr. de rei vind. — ^{16.} L. 8, supr. de in lit. iurandi. — ^{17.} L. 1, inf. ad leg. ful. de annona. — ^{18.} L. 9, C. de Judicis; add. L. 2, inf. si apparente quia manu. — ^{19.} C. mandati; L. 25, 2, 1, in fin. supr. soluto matrim. — ^{20.} L. 1, 1, inf. in fin. C. de pact. — ^{21.} L. 34, 2, 4, supr. de jurejor. — ^{22.} L. 1, 1, in fin. supr. eod. — ^{23.} L. 19, 1, 1, inf. — ^{24.} L. 15, 17, in pr. inf. de reg. jur. — ^{25.} L. 32, inf. de re judic. — ^{26.} L. 7, 2, 1, supr. de public. in rem act. — ^{27.} L. 10, 2, 5, supr. de jure dot. — ^{28.} L. 1, L. 3, inf. pro emplore. — ^{29.} L. 6, 2 pen. supr. h. t. — ^{30.} L. 17, 6 pen. supr. eod.

furti autem non tenentur: nisi forte emancipatus sit filius: tunc enim natus patri ejus et furtum facit, et furti tenetur.

16. HERMOGENIANUS, lib. 2 juris Epitomarum.

Ad fiscum mariti bonis devolutis, uxor rerum amotarum nomine in simplicem convenienter: quamvis alii in quadruplum condemnentur

17. ULPIANUS, lib. 50, ad Edictum.

Si concubina res amoverit, hoc iure ultimur, ut furti teneatur: consequenter dicemus, ubique cessat matrimonium, utpote in ea, que tutori suo nupsit, vel contra mandata convenit, vel scibi alibi cessat matrimonium, cessare rerum amotarum actionem: quia competit divortii causa. — § 1. Res amotarum dicimus non solum eas, quas mulier amovit cum divortii consilium inisset, sed etiam eas, quas nupta amoverit, si cum discederet, eas celaverit. — § 2. Non solum eas res, que extant, in rerum amotarum iudicium venire, Julianus ait, verum etiam eas, que in rerum natura esse desierunt: similiter etiam certi condicione²² eas posse, ait. — § 3. Quae viro suo res pignori datas amoverit, hoc iudicio tenebitur.

18. PAULUS, lib. 6 Questionum.

Sed et domino condicione competit: sed alterutri agere [re] permitendum est.

19. ULPIANUS, lib. 54, ad Edictum.

Sed et si divortii tempore fures in domum mariti induxerit, et per²³ eos res amoverit, ita ut ipsa non contrectaverit, rerum amotarum iudicium tenebitur. Verum est itaque, quod Labeo scripsit, uxorem rerum amotarum teneri, etiam si ad eam res non pervenerit.

20. MARCELLUS, lib. 7 Digestorum.

Si rem, quam maritus bona fide emerat, uxor amovit, vel opem²⁴ furi tulit, idque fecit divortii causa: rerum amotarum iudicium damna- batur.

21. PAULUS, lib. 57, ad Edictum.

Si mulier, cum de viri vita desperasset, subreptis quibusdam rebus divortisset, si convaluerit vir, utilis rerum amotarum actione ei danda est. — § 1. Si servus mulieris iussi domino divortii causa res amoverit, Peplius putat, ne furtum eum facere: quoniam nihil lucri sui causa concreter: nec videri furtum facienti opem ferre, cum mulier furtum non faciat: quamvis servus in facinoribus domino dicto audiens esse non debet: sed rerum amotarum actione erit. — § 2. At si in domo servus datus furtum viro fecerit, si quidem mulier taliter esse eum scierit, totum damnum viro sanciet: quod si ignoraverit, tunc non ultra condemnationem nocte multanda erit. — § 3. Rerum amotarum actione representat, etiamsi postea dots exactio competit. — § 4. Commodi quoque, si quod amotus rebus amiserit vir, ratio habenda est. — § 5. Hec actione, licet ex delicto nascatur, tamen rei persecutionem continet: et ideo non anno finitur, sicut et condicione furtiva. Præterea et hereditatis competit: — § 6. Nec viro, nec mulieri prodest in hoc iudicio, si facere non possunt²⁵: pendet enim id ex furto.

22. JULIANUS, lib. 19 Digestorum.

Si propter res amotis egere cum muliere, et lis estimata sit: an actione ei danda sit, si amiserit possessionem: novet me, quia dolo adquisit possessionem: respondi, qui litis estimationem²⁶ suffert, emptoris loco habendus est: ideo si mulier, cum qua rerum amotarum actu est, estimationem litis præstiterit, adversus vindicantem maritum vel heredem mariti exceptionem habet: et si amiserit possessionem, in rem actione ei danda est. — § 1. Si mulier mortis causa res amoverit, deinde mortuus est maritus: hereditatis petitione, vel actione ad exhibendum consequi poterit heres²⁷ id, quod amotum est.

23. AFRICANUS, lib. 8 Questionum.

Reditato matrimonio, si iterum divortium factum erit: ob res amotis prioris divortii causa, item ob impensis donationesque priore matrimonio factas, manere actionem existimat.

24. ULPIANUS, lib. 5 Regularum.

Ob res amotis, vel proprias viri vel etiam dotaes, tam vindicatio, quam condicione²⁸ viro adversus mulierem competit: et in potestate est, qua velit actione uti.

25. MARCIANUS, lib. 5 Regularum.

Rerum quidem amotarum iudicium sic habet locum, si divortii consilio res amotae fuerint, et secutum divortium fuerit: sed si in matrimonio uxor marito res subtraxerit, licet²⁹ cessat rerum³⁰ amotarum actione, tamen ipsas res maritus condicere potest: nam iure gentium, condicito posse res ab his, qui non³¹ ex justa causa possident.

26. GAIUS, lib. 4, ad Edictum provinciale.

Rerum amotarum actione condicione est.

27. PAPINIANUS, lib. 4 Responsorum.

Rerum amotarum actione ob adulterii crimen, quo mulier postulata est, non differtur.

28. PAULUS, lib. 6 Questionum.

Si uxor rem viri ei, cui eam vir commodaverat, subripuerit, isque conventus sit: habebit furti actionem, quamvis vir habere non possit.

29. TRYPHONIUS, lib. 44 Disputationum.

Rerum amotarum estimatio ad tempus quo³² amotae sunt referri debet: nam veritate furtum fit, eti si lenius coeretur mulier: quare nec a bona fide possessore ita res amotae uscapiuntur: sed si pluris facta non restituantur que amotae sunt, crescit estimatio, ut in conditione³³ furtive rei.

30. PAPINIANUS, lib. 11 Questionum.

Cum soluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem instituitur, redintegrato rursus matrimonio solvitur iudicium.

TIT. III.

DE AGNOSCENDIS ET ALENDIS¹ LIBERIS, VEL PARENTIBUS, VEL PATRONIS, VEL LIBERTIS.

1. ULPIANUS, lib. 54, ad Edictum.

Senatusconsultum, quod factum est de liberis agnoscendis, duas species complectitur: unam eorum, qui agnoscent; aliam eorum, que falsum partum subjiciunt. — § 1. Permittit igitur mulieri, parentivit, in cuius potestate est, vel ei, cui mandatum ab eis est, si puerum pregnatam, denunciare intra dies triginta post divortium consumerando ipsi mario, vel parenti, in cuius potestate est; aut domum denunciare, si nullius eorum copiam habeat. — § 2. Domum accipere debemus, hospitium, si in civitate maneat: quod si non sit, sed in villa, vel in municipio, illuc ubi larem matrimonio collocarent. — § 3. Denunciare autem hoc tantum, esse mulierem ex eo pregnantem: non ergo hoc denunciari, ut mittat custodes maritum: sufficit enim mulieri [hoc] notum facere, quod sit pregnans; mariti est jam aut mittere custodes, aut ei denunciari quod non sit ex ea pregnans. Hoc autem vel ipsi marito, vel alii² nomine eius facere permittitur. — § 4. Pœna autem mariti ea est, ut, nisi aut custodes premisserit, aut contra denunciaverit³ non esse ex pregnatam, cogatur maritus parum agnoscere: et si non agnoscere, ex parte pregnatam, aut nomine eius responderi: quod si factum fuerit, non alias necessitate habebit agnoscere, nisi vere filius fuerit. — § 5. Illud notandum est, quod denunciari a marito non incipit, sed a muliere. — § 6. Sed si maritus ultro custodes offerat, et ea non admittat; vel si non denunciaverit mulier; aut si denunciaverit quidem, custodes autem arbitrio judicis non admisit: liberum est marito parentivit eius, partum non agnoscere. — § 7. Si mulier [esse] se pregnatam intra triginta dies non denunciaverit, postea denunciantis, causa cognita audiri debet. — § 8. Quinimo, et si in totum omisit denunciationem, Julianus ait, nihil hoc nocere ei⁴, quod editur. — § 9. Dies autem triginta continuos accipere debemus ex die divortii, non utiles. — § 10. Eleganter autem apud Julianum lib. 19 Digestorum queritur: Si intra dies triginta mulier marito non denunciaverit, et intra triginta partum ediditerit: an senatusconsulto locutus sit? Et ait, Plancianum senatusconsultum cessare: quia de eo parte non videtur sentire, qui intra diem trigesimum nascatur: quippe dies triginta ad denunciandum præstitutus senatus: sed hanc rem non facere præjudicium partui⁵, arbitror. — § 11. Quemadmodum per contrarium, si maritus uxore denunciante custodes miserit, nullum præjudicium sibi faciat: licet igitur ei partum editum ex se negare: nec ei nocebit, quod videtur custodiari. Et ita Marcellus lib. 7 Digesto-

rum scripsit: ait enim: Sive quis neget uxorem, sive ex se pregnatam, sine prejudicio recte mittet custodes: maxime si missurus id ipsum protestetur. — § 12. Julianus lib. 19 Digestorum scripsit: Quod senatusconsulto comprehensum est, si mulier viro denunciaverit, se ex eo conceperit, et is, cui denunciatum erit, custodes ad ventrem custodiendum inspiciendoque non miserit, neque contestato dixerit eam ex se praegnatum non esse, ut ei id, quod editum sit, agnoscere sit necesse, non eo pertinet, ut, si quis agnosceret se filium diceret, suum heredem haberet, quamvis ex alio conceptus sit: quandoque enim (inquit) ceperit causa agi, grande prejudicium adferit pro filio confessio patris. — § 13. Idem per contrarium quoque ait, si mulier, divortio facto, non fecerit ea, que senatusconsulto precipiuntur, ut licet patri non agnoscere, non eo pertinere, ut filius natus suum se dicere non possit, sed ad id tantum, ut ita pater alere eum cogatur, si consideret eum filium esse. — § 14. Idem Julianus scribit, si, uxore denunciante se pregnatam, maritus non negaverit, non utique suum illi partum effici: cogendum tamen alere. Ceterum si esset satis injuriosum ait, si quis longo tempore aluerit, et reversus uxorem pregnatam invenierit, et idcirco rejecerit, si quid ex his que senatusconsulto continentur omiserit, suum heredem ei nasci. — § 15. Ex his apparet, sive uxor omisit, queam ex senatusconsulto observare oportuit, nihil⁶ praedicare filio, si filius est, non tantum in jure sui, verum in aliamentis quidem, secundum D. Pitti scriptum; sive maritus neglexerit facere que ex senatusconsulto debet: nam cogitat omnimodo alter: ceterum recusare poterit filium. — § 16. Plane, si denunciante muliere negaverit ex eo pregnatam, tametsi custodes non miserit, non evitabit quominus queratur, an ex eo mulier pregnas sit: quea si fuerit acta apud judicem, et pronunciaverit, cum de hoc agatur, quod ex eo pregnas fuerit necne, in ea causa esse ut agnosci debeat, sive filius non fuit, sive fuit, esse suum,

2. JULIANUS, lib. 19 Digestorum.

In omnibus causis: quare et fratribus suis consanguineus erit:

3. ULPIANUS, lib. 54, ad Edictum.